ex antiquo spectantibus. Necnon omnibus & singu[lis]
fructibus, censibus, redditibus, agrisq; pratis, campis, sil-
uericis, lacubus, piscinis, piscaturis, pascuis, allodijs, prædijs,
laboribus, Curijs, aucupationibus, venationibus, mellificijs, mo-
lendinis, et eorum mensuris, cæterisq; vsibus et obuentionibus
gnaliter vniuersis ad prefata bona nra Tolkemithe quomodolibet
ex antiquo spectantibus, tenen, haben, vtifruen, pacificeq; et
quiete possiden, tamdiu, quousq; sibi Joanni aut suis succori-
bus per nos aut succores nros pdicta quatuor millia marcarum
leuium vnacum alijs pecunijs aut florenorum summis in ipis
bonis nris pprius inscriptis, fuerint integralr persoluta. Qui-
bus solutis, possessio dicti oppidi nri Tolkemith, ac villarum
et syluarum ad illud pertinen, ad nos & succores nros de-
uoluatur pleno iure. Quem quidem Joannem de Bayssen vo-
len nra spetiali prærogatiua et fauore complecti, promittimus
& damus sibi hanc prærogatiuam, quod nullipiam subditorum
nrorum dabimus eum de prædictis bonis nris Tolkemithe exi-
mere, nisi pro nobis et succoribus nris hanc reseruamus facul-
tatem iuribus nris in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium
Sigillum nrm pntibus est subappensum. Datum in Castro Marien-
burgk, feria quarta proxima ante festum Sancti Petri ad vincula
1476. Anno Dni Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Sbigneus ... et V...
manu propria

Consensus regius eximendi villas Con-radswalt et Reichenaw, pro Georgio de Baysen.

D. Ioannes albertus Dei gra Rex Poloniæ, supremus Dux Lith-
uaniæ, Russiæ, Prussiæq; Dns & hæres etc. Significamus tenore
pntium vniuersis quibus expedit, quia petitionibus permoti Ma-
gnifici Nicolai de Baysen Palatini Mariemborgen nepoti suo

Nobili Georgio de Baysen tenutario Tolkyemyten eximere bona nra Regalia villas videlt Conradswalt et Reichenaw in districtu Tolkyemythen sit, de manibus famosi Simonis Rebernwald Ciuis ac Consulis Elbingen, consensimus, admisimus, consentimusq et admittimus per pntes in sumis pecuniarum in et super pfatis bonis per pdecessores nros iuste et legitime inscriptis, nullam illarum adiungen per ipm Georgium tenen, haben, vtifruen, pacifice & quiete possiden, cum omni iure, dominio & proprietate vsq ad plenariam exolutionem sumarum pdictarum in eisdem bonis inscriptarum. Quae dum per nos aut succores nros exolute fuerit, extunc bona pdicta ad nos aut succores pleno iure deuoluentur, et redibunt, Iuribus nris Regalibus et Stacionibus per oia saluis. Harum quibus in testimonium signetum nrm anullare est subappensum lrarum Datum Cracouiae feria quinta ipso die Ascensionis dni. Anno eiusdem

1496. millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Regni vero nostri anno quinto.

Commissio propria Dni Regis.

Consensus ad eximendum Oppidum Tolkemit vna cum villis Conradswald et Reichnaw, ac alijs ad idem Oppidum spectan, pro Luca Epo Warmien, et successoribus

E. Alexander Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiaeq Dns et haeres etc. Significamus tenore pntium quibus expedit vniuersis. Quia annuentes pcibus Rndi in Chro pris Dni Lucae Epi Warmien consensimus ei et pntibus lris consentimus oppidum nrm Tolkemith cum villis Cunradswald, Reichnaw et alijs ad Oppidum illud spectan, et piscaturis ad ipsum pertinentibus, de manibus Generosi Georgij de Baysen tenutarij Castri nri Sthum: redimere, per ipsum Dnm Lucam Epum et suos succores Episcopos Warmien pro tpe exntes opidum praedictum cum omni iure dominio et proprietate als iuxta effectum lrarum originalium desuper datarum, tenen, haben, vtifruen et quiete possiden vsq ad plenariam praedictae summae in hisdem